illud quoque nos latere non debet quod dictae operationum nonnullae animali propinqua & essentielles fere putari debent, scilicet sensus memoria sompnus & uigilia motus sequuntur, n. aial inquantum sensitium est, quod est aial essentialiale. Quare cum aialis eentiae sint affines: merito mox post aialiū essentiā ante ceteras exteriores determinari debent. Ceterae, n. s. uita cum morte iisque cognata: cum aialibus cōiores sint: & ab eorum essen:ia: remotiores: post p̄fatas essentielles doceri debent. Interposita tamen aialiū generatione. Et merito quoniam naturae p̄cessu uita & mors: iisque cognata: animalium generationē cōsequuntur prius, n. animal generatur dehinc uiuit: Post hanc moritur tandem. Hunc ordinem inquit Aristoteles in libro de sensu: & sensibili cum dixit (Quae igitur dicta sunt de anima subiciantur, de reliquis aut dicamus: & primum de primis). non dixit de prima, sic enim omnes esse conuicinas: absque interpositione generationis: demonstrasset, sed dixit (De primis) per hoc duplex operationum genus esse ostendens, seq̄ tractaturū prius de primo genere scilicet de propinquis fere essentialibus, De reliquo uero remotio. um genere, s. uita cum morte & iis cognatis: posterius suo loco: generatione animalium interposita in tertia ac ultima parte se pertractaturum. Et merito uti dictum est nam post animalium generationem naturae cursu uita & mors iisque cognata succedunt, prius, n. anima a callido participatur, post hoc fouetur, & manet quippe cum generatio sit participatio nutritiuae animae in callido naturali, uita uero eius mansio. In testimonio horum sumito id quod in superioribus de triplici animalium scibili & ordine, s. substantia cum operationibus propinquis: generatione: & uita: de sententia Aristotelis: Theophrasti: in platis sui preceptoris uestigia prosequenti: elucidatum est. Ad hoc in historiarum libris quorum ordinis uestigia libri qui causas inquirunt: in quibus pluribus imitati sunt: post animalium partes, de sensu agitur & somno: memoria praetermissa. Dehinc generatio animalium, ultimo loco uita uita: & cognata docentur, s. longitudo ac breuitas uitae reiuuenescētia langor & sanitas. Non lateat nos insuper quod de praefatis operationibus: quatuor Aristoteles in principio de sensu & sensibili nuncupauit coniuga, unum uidelicet de propinquis animali operationibus sumens, s. somnum & uigiliam De secundo uero genere uidelicet remotiori tria sumpsit cōiuga, quae sunt mors & uita, iuuentus & senectus, inspiratio & expiratio. Duo enim priora de his tribus non sunt propinqua cum pluribus aliis ab animali cōueniant, Tertia aut coniugatio scilicet inspiratio & expiratio: licet solis insit animalibus non tamen in propinquo genere locanda est, cum paucis admodum insit animalibus, potissime cum natura magis sensu fiat aliquo aut electione At langor & sanitas a praedictis quodammodo alienae sunt, cum artificio quodammodo non sola natura ut ceterae: fiat, quare seiunctim ab eis tractandae sunt. Sunt igitur uti diximus coniuga quatuor ait, n. (Existunt autem horum mox quatuor coniuga numero: uelut uigilia somnus: & iuuentus & senectus: & inspiratio & expiratio, & uita & mors). Quare aut hoc de iis coniugis in hoc loco introduxerim inferius suo notificabitur loco. Quod igitur necessarium fuerit singulos cōdere libros de operationibus singulis: pluribus animalibus & solis attinentibus: sicut est sensus memoria somnus & motus: & de iis quae non solum animalibus sed etiam omnibus uitam habentibus conueniunt: ex iis palam factum est. Demonstratum est etiam quod illud genus operationum quae solis animalibus & pluribus aut omnibus cōueniunt: quae essentielles dici possunt: mox sequi debeat ad eam doctrinam quae tradita est de anima: Alterū uero genus quod est de operationibus remotioribus: omnibus et aialibus attinentibus: interiecta generatione, posteriori in parte expediendum sit: ostensum est operationes autem quae particulariter unicuique appropriantur aialibus in locis tractandae sunt ubi illoque aialium natura: siue sint partes: siue generatio sit illa natura: demonstrata est. Iis igitur necessario praesertim: ad ordinem illoque libroque particularem in quibus dictae operationes tractandae sunt: descendendum est, inter quos primo ad eum qui de sensitio & sensibili inscribitur: Incipiendum est.

Ordo particularis libri de sensu & sensibili.

Caput

VII.

Vid sit sensus & quid sentire prout ab aia principium habent: determinatum est in libro de anima, dicente eo in libro de sensu & sensibili (Sed de sensu & sentire quid sit & quare accidit aialibus haec passio dictum est prius in iis quae de aia) Ceterae consideratio de sensibili secundum se considerato quodnam est: similiter de sensitio organo quale quod unumquodque est: puta utrum uisuum sit ex aqua uel igne: odoratiuum ex igne uel alio: & de similibus nudum ostensum est. Sed de iis sensibilibus & sensitiuis sub hoc modo acceptis in hoc libro de sensu & sensibili consideratio fit. Et hoc est quod Aristoteles in libro de sensu & sensibili ueluit cum dixit, (De sensibilibus aut iis secundum unumquodque sensitio: puta dico colore & sono & odore & gustu & tactu: uniuersaliter dictum est quae actio ipsorum in hiis quae de aia, & quid operari secundum unumquodque sensitioque, quid aut oportet dicere quodlibet eorum, s. quod color quod sonus quod odor quod sapor similiter & de tactu: considerandum est: & primum de colore, est quidem igitur unumquodque dupliciter dicendum hoc quidem actu. Hoc aut potentia: quod quidem igitur actu color & sonus quod est idem uel altere iis quae secundum actum sensibus puta uisioni & auditio: dictum est in eis quae de aia, quid aut unumquodque eorum existens faciat sensum & actum: sic dicamus). Per haec superiora patet de sensu & sentire: similiter de sensitiuis & sensibilibus: tradita esse doctrinam: & in libro de aia & in hoc libro, sed in utrisque differenter, nam in libro de aia quoniam sit sensibiliū insensitiua actio, similiter quid sit sentire absolute factum a sensibilibus insensitiua. Sed in hoc libro non hoc modo de sensibilibus ut absolute agunt insensitiua, sed de eis quidnam in se sint, puta quid sit color & sapor, & similiter de sensitiuis non simpliciter prout ab ipsis sensibilibus patiuntur, sed quidnam unumquodque eorum secundum suam sint substantiam ad recipiendam sensationem aptam, puta quid sit uisus instrumentum & auditus: qualisque naturam habeant ut aptam possint pati sensationem scilicet ex igne uel aqua uel similibus cōfecta: Amplius de ipso operari quod est sentire in hoc libro non absolute prout a sensibilibus insensitiua fiat, sed de ipso agit sentire puta uidere prout a colore non absolute, sed inquantum talis est naturae, s. extremum prospicui in corpore terminato: insensitiuum tale ex tali elemento cōfectum ad talem operationem aptum: p̄ducitur. Hoc igitur modo sensus ipse: & ipsum sentire: & ipsa

## LIBER PRIMVS

sensibilia ac sensitiva sub instantis libri cadunt speculatione. Ordo autem huius est quoniam primus est inter eos qui de operationibus agunt propinquus: & animali essentialibus magis & mox sequitur eum qui est de anima: eo sic dicente in huius libri principio (Quoniam autem de anima secundum se ipsam determinatum est prius: & de uirtutum qualibet ex parte ipsius: consequens est facere considerationem de animalibus & uitam habentibus omnibus. quæ sunt propriae & quæ communes operationes). In fine quoque libri huius expedita prius claudens ait (De sensitivis quidem igitur & sensibilibus quomodo se habent & communiter & unumquodque sensitivum dictum est: reliquum autem primum fit facile considerare de memoria & reminiscencia & somno) Ex quo itaque cæteri hunc sequuntur librum hic merito primum post librum de anima tenebit locum: In fine etiam eius qui de motu animalium post animalium essentiam quæ in libro de anima completur: ea mox colligit quæ de sensu egit, dicens (De partibus quidem igitur uniuscuiusque animalium & de anima adhuc autem & de sensu & memoria & somno & comuni motu diximus causas) posuit hoc adverbium (adhuc) ut per hoc operationes secundo loco pertractatas ab animalium essentia prius discussa separaret. Huic libello ea admodum in historiis pauca correspondent: quibus circa finem quarti libri post eorum quæ de partibus scribuntur collectionem: sic scriptum est (Nunc de sensibus differendum est) licet hæc aliquo etiam modo libro de anima convenire possint. Quæ locorum in historiis ac theoriæ causarum debita congruentia: prefatum ordinem plenissime nobis ostendit. Et hæc sufficiant de ordine libri qui de sensu & sensibili communiter nuncupatur.

Ordo libri de memoria & reminiscencia

Caput VIII.

Memoria & reminiscencia fiunt cum iam sensatae species in animæ thesauro reconduntur. ac demum cognitione in animalibus uel discursu concurrente in hominibus solis: reuocantur. Ordo autem huius libri est quoniam mox post librum de sensibilibus & sensitivis collocat. palam fit hoc ex iis quæ superius diximus. nam post collectionem exactorum in libro præcedenti de sensibilibus & sensitivis: subiungit Reliquorum autem fit facile primum considerare de memoria & reminiscencia & somno) Huic libro nihil determinate respondet in historiis. licet hincinde passim plura de his scripta sint. cum nonnulla animalia aliis prudentiora sæpe dixerit: Et hæc satis sint de eo libello qui de memoria & reminiscencia inscribitur. qui sic incipit (De memoria quidem igitur & reminiscencia dicendum quid est.

Ordo libri de somno & uigilia.

Caput VIII.

Expedito ordine libri de memoria & reminiscencia de ordine libri de somno & uigilia agendum est. In hoc enim libro primo de somno secundo de somno agit. Ultimo de somnorum diuinatione. Incipit autem (De somno autem & uigilia considerandum quid sint) Est autem somnus & uigilia unum de quatuor coniugatis: in libro de sensu & sensibili ab Aristotele sic nuncupatis. est enim genus unum operationum animali propinquarum: quare tametsi una sit de quatuor coniugationibus: seorsum tamen a reliquis tribus quæ sunt ab animalium remotiores: simul cum operationibus propinquioribus: quæ non sunt coniugationes: tractari debuit. Vigilia enim est sensuum operatio. somnus autem illorum priuatio aut remotio: proprias uterque habens causas. Ordo autem libri huius nec in principio libri nec in fine ab Aristotele positus est. iis enim duobus in locis ordinare non licuit cum eius ordinis certum locum in fine libri de sensu & sensato simul cum memoria proposuerit dicens (Reliquorum autem primum fit facile considerare de memoria & reminiscencia & somno) Quare post eum qui de memoria & reminiscencia: mox sequi debet ille liber qui est de somno & uigilia. huic libello in historiis ea respondet pars in qua: post sensus: post uocem de somno licet breuibus sermoneque succincto sic agitur. (De somno & uigilia animalium nulla quaestionis obscuritas est &c. Satis itaque hæc sint dicta de ordine eius libri qui de somno dicitur. & uniuersaliter de ordine librorum eorum qui de operationibus sensui principaliter attinentibus: agunt. Nunc ad eum qui est de causa motus animalium in communi descendamus.

Ordo libri qui de causa motus animalium in communi agit.

Caput X.

Motus animalium tametsi non ita sit animalium propinquus cum non omne animal de loco ad locum: licet in loco moueatur: sicut sensus: est tamen eidem propinquus ualde. Hanc propinquitatem ostendere uolens Aristoteles in eo qui de sensu & sensibili: cum duas animalium operationes propinquas. scilicet sensum & memoriam tractaturus proposuerat: & motum ipsum tangere uellet: eum sub hoc nomine non expressit. sed ea quæ ad motum de sensu concurrunt. exprimere maluit. ut affinitatem ipsius motus cum sensu & cum animalium nobis indicaret: dicens (puta sensus & memoria) & loco. ipsius motus subtulit (& ira & desiderium & omnino appetitus: & cum iis gaudium & tristitia): per hæc enim motum animalium indicauit cum animalium motus ut patet in libro de anima ab iis fiat. sensu. n. interiori triste aliquid uel delectabile percipiens: imperate appetit: illud triste animal fugit. uel delectamentum prosequitur. ira enim desiderium & omnino appetitus: hic posita sunt: non itaque tales affectiones hic tractandæ essent: cum de eis quantum licuit in libro de anima contemplatum sit: sed eas hic cum sensu & memoria & aliis deduxit. ut per hæc motus ipse animalium qui per hæc producit sub intelligat. & quantum animalium ac sensui propinquus sit clare cognoscatur. potissime cum ista prædicta sensu ipso producantur. & ob id et motum ipsum simul cum operationibus animalium propinquis. scilicet sensu memoria & somno tractandum esse conciperemus. Cæterum somnum & uigiliam seorsum ab operationibus animalium propinquis ibidem enumerauit: & inter eas quæ minus propinquæ sunt: qualis est mors & uita iuuuetus: & senectus. Inspiratio & expiratio apposuit. non ut per hoc eas ab animalium remotas esse putaret: cum omni ac soli animalium conueniant nec eo quod cum aliis coniugis essent tractandæ. Sed cum una esset de coniugationibus quatuor eas coniuga narrando connumerare placuit: sicut legentibus locum illum palam fit Ex iis igitur satis declaratum est quatenus operatio quæ est animalium motus. simul cum operationibus animalium propinquis tractanda sit. Neque putes hunc librum qui est de causa motus animalium in communi. Incipientem. (De motu autem eo qui animalium) aut illum qui est de progressu uel incessu animalium: fore superuacaneum. ambo enim ad disciplinam huius naturalis complementum fuere necessarii. & loca eorum diuersa. nam ille qui est de progressu:



## LIBER PRIMVS

mox post partes aialium locari debet, quoniam rationes quarundam partium, scilicet earum quae ad motum sunt necessariae ad uolatum scilicet ad progressum natationem & reptationem: seu utilitates & causae in eo inquiruntur quae doctrina eius est pars quae partibus aialium attinet. In hoc autem qui de motu in comuni: inscribitur: causae & rationes in comuni motus aialium instruuntur, quare inter eas quae aiali sunt propinqua operationes: poni debet sicut ille in doctrina partium. hic, n. liber causas motus in comuni ille autem causas docet & rationes partium ad motum deseruientium. Hunc ordinem Themistii uerba in fine eius qui de somno manifeste approbat. (Quid sit somnus quid insomniū & quomodo utrumque animantibus iunctum item qualis nam diuinatione ea sit quae proficiscitur ex somniis dictum iam est: nunc de communi animalium motu agendum uidetur) ipse etiam Aristoteles in fine huius libri: quaecumque de aialium substantia operationibusque animali propinquis tractata fuerant: in uno epilogo per ordinem quo ea tractauerat collegit illum profecto qui est de motu statim post eum qui de somno subiugens (De partibus quidem igitur uniuscuiusque animalium & de anima adhuc autem & de sensu & memoria & somno & communi motu diximus causas. Reliquum autem de generatione dicere) per partes eas etiam subintelligendo quae ad animalium motum utiles sunt de quibus in eo qui est de aialium progressu disputatum est, quare per illam particulam (De partibus quidem igitur uniuscuiusque animalium & de anima) totam aialiū essentiam quae in materia ac forma consistit: ante cetera in ordine colligendo collocauit, per illud autem (Adhuc autem & de sensu & memoria & somno & communi motu) operationes aiali proprias & propinquas: post aialium essentiam ordinauit, motum iter eas constituens ultimum. Quibus iam expeditis & nunc collectis de secunda proposuit se tractaturae parte, scilicet generatione dicere: (Reliquum autem de generatione dicere) per illud, n. aduerbium (Adhuc) libros de operationibus: quae propinqua sunt: ostendit alienam ab essentia continere tractationem & materiam, per illud uero (&) copulam primo loco positam: nobis indicauit: quod si de operationibus libri tametsi ab essentia alieni sint: & aliam tractent materiam ab essentia naturali: in eadem tamen prima methodi de aialibus parte communi poni debent: non seorsum aliis interpositis: sed unus mox post alterum, iuxta praetaxatum ordinem, quod ex hac copula (&) hic plures iterata nobis indicare uoluit. Totus est praefatus ordo per epilogum in principio quinti libri de historiis huic simile: approbatur, ibi enim omnia eatenus dicta: essentiae & operationibus propinquis attinentia: in confinio primae quae est de animalium naturali essentia cum operationibus aiali propinquis: Collegit & de generatione quae secundae attinet partem: agendum esse proponit, cum dicitur (Exposui partes aialium omnium tum interiores tum exteriores: atque etiam de sensibus: de uoce: de somno & quae foeminae maresue sint: satis iam probasse existimo. Restat ut eorundem generationes persequamur (Ecce quoniam modo hic epilogus in substantia idem est cum praefato epilogo: nam hic & ibi eadem se tractaturae proponit: & eadem utrobique tractata: & eodem colligit modo, scilicet essentiam & operationes aiali propinquis sicut, n. illic dicitur (omnium animalium) ita hic dicitur (uniuscuiusque animalis) sicut hic dicitur (Adhuc autem & de sensu) propter causam praedictam: simili modo illic dicitur (Adhuc autem) eodem, n. hic & ibi graeco usus est uocabulo (ετι) quod latine sonat (adhuc) uel (item), licet Theodorus in praefata littera in sua translatione scripserit (atque), & sicut hic ista conuentionio (&) plures iteratur: ita et in libro de historiis, licet Theodorus gaza illam copulam ornatus gratia praetermiserit: cur autem ista in locis artificiose posita sint: superius patefactum est: in historiis tamen posuit illam particulam (& quae foeminae maresue sint), & hoc ideo, quoniam in causae contemplatione de mare & foemina rationabili de causa in libro de animalium generatione agit, ut ibidem Aristoteles sic esse fieri ostendit: in historiis autem ante generationem de illis docet, Rationabile, n. fuit: cum hic & ibi: eadem: & eodem fere tractasset ordine: eademque mox utrobique tractaturus esset: ut hic etiam & ibi similis fieret epilogus, eadem fere colligens: & eadem tractanda proponens, quod et in eodem utrarumque partium loco disponeret, scilicet in cotermino primae ac secundae partis, dixi autem (fere) quoniam nonnulla sunt quae in contemplatione causae tractantur quae tamen in historiis non narrantur, sicut est anima, sicuti est memoria: & si quid aliud tale fuerit, praeter pauca enim eadem hic & ibi: & eodem fere ordine: tractantur. Hunc etiam ordinem posteriorum ordo demonstrat, Completa, n. prima parte quae est de naturali aialis essentia: & essentiae operationibus: & completa secunda quae est de generatione ad tertiam in historiis iam accedens utraque prior colligit priores: & quae tractanda fuerant de aialibus methodo in tertia parte proposuit, dicens in octauo principio, (Generatio & reliqua aialiū natura ita se habet) hoc de secunda & prima parte, (Actiones autem & uitae pro moribus uictusque differunt) hoc de tertia parte. Quae admodum itaque in fine primae ac secundae partis: eas duas iam expeditas collegit in principio octauo de historiis: & de tertia parte se tractaturae proposuit, Sic rationabile fuit in fine prioris partis collegisse primam: & secundam proposuisse, quod utrobique factum fuit, & in historiis: & in causae contemplatione. Aduerte tamen quod uerborum ordo in matre graeca positus praefatum trium partium magis demonstrat ordinem quam theodori interpretatio, sic, n. graece scribitur ΤΑΥΤΗΝ ΟΥΝ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ ΤΩΝ ΖΩΩΝ: ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ ΤΟΥΤΟΝ ΕΧΕΙ ΤΟΝ ΤΡΙΤΟΝ. Quod ad litteram sic interpretatur, (Quae igitur circa naturam aialiū: & generationem hunc habet modum). In quibus uerbis natura prior aialiū secundo generationem se praetaxasse demonstrat. Hoc dixisse uolui de ueritate illius generalis epilogi, eo quod ex illius certa ac manifestissima ueritate plurima quorundam philosophorum circa physicae doctrinae ordinem: male scripta fuisse manifestabunt. Et haec de ordine libri quod de causa motus aialium dicitur: & generaliter omnium librorum primae partis quod de aialiū essentia naturali: quae de eorum operationibus propinquis agunt: tam historiis quam causae contemplationi attinentibus: satis dicta sint. Verum id quo potissime omnium dictorum ordo approbat: & praefatus epilogus uerificat: est maxima tractaturae omnium in theoria causae cum iis quae de anima in historiis traduntur: conformis responsentia, quod ut clarius fiat: tota utriusque summatim colligat disciplina Nam libro primo huius primae partis, scilicet libro de partibus: in historiis ea prima pars congruit quae est liber primus liber secundus & pro maiori parte tertius & quartus, quae pari ratione de partibus aialiū historia nuncupari potest, est enim de solis partibus sola narratio & historia. Ei uero quae est de partibus ad motum utilibus in theoria causae cōtento: nihil in historiis determinati correspondet. Sed plurima hincinde de iis sparsim tradita sunt, ei uero libro quod est de anima de aqua in causae theoria fit contentio: ob causam superius memoratam nihil in historiis determinati correspondet. Et

## LIBER PRIMVS

aut qui in causarum theoria de sensu & sensibili dicitur: suo loco in historiis post animalium essentiam: Pars ea correspondet qua in posteriori parte quarti libri sic scribitur (Partes animalium interiores exterioresque generatim tum propriae tum communes ita se habent. nunc de sensibus discernendum est). ei uero libro qui de somno & uigilia in causarum contemplatione ponitur: ea quoque sibi congruit pars in qua circa finem quarti libri de historiis post sensum sic scribitur (De somno & uigilia animalium nulla quaestiois obscuritas est). Ceterum ei qui est de motu in communi in causarum theoria positum: nihil in historiis determinate correspondet. Huic autem epilogo totius primae partis quae est de animalium essentia ac operationibus animalium propinquis generaliter in fine ultimi libri illius primae partis quae est de causa motus in communi debito loco posito, illa aduersatur littera quae in fine libri de partibus animalium sic inuenitur (Sed de partibus animalium quae ob causam quaeque sunt dictum iam est per omnia animalium genera, quae cum explicata sint sequitur ut de generationibus ipsorum differamus). Cuius contradictionis ueritas in posterioribus declarabitur, his expeditis ad secundam partem quae est de animalium generatione accedamus.

Ordo particularis secundae partis methodi de animalibus & est liber de generatione animalium. Caput XI.  
 Secunda pars methodi de animalibus est eorum generatio, nam essentia materiae quae sunt partes & forma quae est anima continet: generatio autem est tanquam efficiens causa quare necesse fuit de ipsa tractare generatione: tanquam de causa quomodo mouente: de qua primo de generatione: postquam de materiali formali ac finali causa se prius tractasse dixerit: tractanda ipostere exponens subdit. Restat ut de partibus quae ad generationem pertinent differamus, de quibus nihil adhuc definitum est, atque etiam de causa mouente quam sit sed de ea ipsa causa considerate: idem quodammodo est atque de generatione cuiusque agere). Haec pars secunda unum habet librum: quod de animalium generatione dicitur, qui incipit (Cum de ceteris animalium partibus tum summatim tum singulatim &c.) in quinque diuisum uolumina, in quibus quicquid tractat ad animalium generationem & alimentum quoquomodo referri debet. Ordo autem eius est, quoniam ad eum mox sequitur qui de causa motus animalium in communi nuncupatur. Post essentiam enim & essentiae propinquas operationes: in genere pertractatas: quarum ultima est motus: generatio ipsa uti superius probatum est sequi debet. Hoc quoque eo approbatur testimonio quo in principio quinti de generatione sic scribitur) Etenim ut in initio disputationis nostrae dictum est: non quia tale quid gignitur quodque ideo tale quid est scilicet in his quae statuta definita & certa naturae sunt opera: Sed potius quia tale est. Idcirco tale & gignitur. Substantiam enim generatio sequitur: & substantiae gratia est non ipsa: generationem). Huic ordini testimonium quoque dat epilogus in fine de motu animalium superscriptus: quo scribitur. (De partibus igitur cuiusque animalium: & de anima adhuc autem & de sensu: & memoria & somno: & communi motu: diximus causas reliquum autem de generatione dicere). his etiam congruit ordo eorum quae in historiis disposita sunt, nam post partes ipsas: post sensum & somnum: praetermissa anima memoria & communi motu de quibus nihil in historiis determinati agitur: de generatione animalium in principio quinti agere incepit. Illis, nam quae in quarta continentur parte in quatuor de historiis iam expeditis: in quinto iam ad animalium generationem quae est secunda pars debite transiit: Sic et Theophrastus de plantis scribens, Aristotelis praecipitoris sui obseruatissime doctrinae animalium uestigia sequens: post plantarum substantiam: substantiae quae affectiones: in his quae de historiis plantarum ad generationem secundo loco processum fecit. Et haec sufficienter de ordine secundae partis methodi de animalibus quae unicuique habet librum in quinque diuisum uolumina, scilicet de generatione animalium: dicta sunt quae in superioribus ac inferioribus plura & dicta & dicenda sunt quae praefato huius secundae partis ordini prohibent testimonia. Nunc uero de tertia parte methodi de animalibus quae est uita & mors cum sibi cognatis disputandum, est. Si prius tamen admonuero quod littera in fine de partibus superioribus dictis contraria: nullam in se habeat ueritatem: imo falsa uel uiciata fuit: ueluti patet in superioribus: in posterioribus uero completius demonstraturi sumus.

Quod cognitio quae est de uita & morte & his cognatis est tertia pars totius methodi de animalibus. Caput XII.  
 Tertia pars methodi de animalibus est uita cum morte eiusdemque cognata, prior est enim animalium essentia post hoc per generationem quae est animae participatio nutritiue in calido animali: esse habent animalia, cum quo uita quae est eius mensura comes fit, quam uitam per diuersos trahunt status, nunc longam nunc breuem: nunc iuuenes nunc senes: refrigerium a continente in uitae conseruatione capientes: nunc sani nunc aegri. Tandem post uitae huius naufragia plurima: morimur omnes. Haec tertia pars in eo operationum consistit genere: quae non animali propriae aut propinquae: sed remotae magis sunt. Remotas, nam ab animali eas dicimus quoniam pluribus quae sunt animalia, scilicet uiuentibus omnibus conueniunt, quae sunt uita & mors, iuuetus & senectus, langor & sanitas inspiratio autem & expiratio licet solis: non tamen omnibus conueniunt animalibus. Et cum in superioribus dixerimus duo esse operationum genera: unum essentiae propinquum: alterum ab ea remotum: ex quibus quatuor Aristoteles in libro de sensu & sensibili traxerat coniuga nunc dicimus quod par unum illoque de propinquo trahitur genere, scilicet somnus & uigilia, tria uero reliqua paria de secundo operationum dicimus fore genere, scilicet de remotioribus. Dicimus igitur quod haec tertia pars quae est totius methodi de animalibus ultima: de solis est animalium operationibus non propinquis quae sunt tria coniuga: a sola natura proficiunt, scilicet uita & mors, iuuetus & senectus, inspiratio & expiratio, quae uuum aliud quoque contrariumque par in natura sit animalium: quod non inter ista sed potius post ista computari debet, quae sunt langor & sanitas, quae quidem & si uitae sint status & ante mortem in natura eueniant: non propter hoc ante necis tractatum de uis pertractari debet, cum iam uti diximus naturae limites claudat, & saltu quodam post eas res quae a sola fiunt natura: inter naturam & arte inter physicum & medicum: artificem: cum utriusque sint operum tanquam coterminae se accomodent, de quoque ordine plura in inferioribus dicenda sunt. Ordo huius tertiae partis ad praecedentes his est approbatur testimonium. In octauo, nam de historiis animalium in principio sic scriptum reperitur (Generatio & reliqua animalium natura ita se habet actiones autem & uitae pro moribus uictuque differunt). Nam expeditis partibus & operationibus propinquis in quatuor primis libris: expedita est animalium generatio in quinto sexto & septimo: quae est secundi methodi de animalibus pars: mox in octauo uitam uitaeque cognata aggeditur: quae sub tertia constituitur parte talis ergo historiae cum

## LIBER PRIMVS

causarū cōtēplatiōe cōgruētia: rectū nobis ostēdit p̄fatū illius tertiæ ptis esse locū. Hūc ēt ordinē sequutus est Theofrastus in plātis dicēs: ac dicēda proponens. (Plantarū differentias reliquāq; naturā ex partibus affectionibus: generationibus: uitāq; petere oportet). In primo. n. historiāq; libro historias partiū ac passionū in scūdo & tertio generationē. in quarto uero de uita arborū uitāq; cognatis Arist. de aīalibus imitans ordinē determinauit & rōnabiliter. quoniā animalīū peritia doctrinā plantarum ē exemplar: Hoc etiam a posteriorū ordine p̄bari potest. Nam liber de uita & morte ī tota methodo eorū q̄ de aīalibus a sola natura fiūt: postremus est. post hūc uero ille cōsequit̄ qui est de lāgore & sanitate ut inferius p̄babit̄ sed ante eū mox p̄cedit ille q̄ de īspiratiōe dicit̄. ante quē ille qui de iuuetute & senectute antequē ille q̄ de cā lōgitudinis ac breuitatis uitā: uti p̄batū ē. ergo totū hoc. s. libri quinq; in q̄bus uita cū morte & iis cognata tractant̄ generationē sequi debēt. Quod aut̄ ille q̄ est de uita & morte inter ea q̄ a nā sola cōdunt̄ ultimus sit quod assumptū fuerat: ex iis quā ī fine eius libri q̄ de lōgitudine uitā scribunt̄: demonstratū est: ubi scriptū sic reperit̄. (Nūc aut̄ de aliis aīalibus dicta est cā de magnitudine uitā & de uitā breuitate. Reliquū at̄ nobis cōsiderare de iuuetute & senectute & uita & morte. iis .n. determinatis finē utiq; habebit̄ q̄ de animalibus methodus). Respōdentia etiā horū ad ea quā in historiis uti diximus: hūc approbat ordinē. Nā libro de partibus tres fere primi historiarū libri & quarti maior pars: suo loco correspondēt. residua quarti pars libris de operationibus. s. de sensu & somno cōgruit. uti superius dictū est. libro uero de generatione: quintus sextus ac septimus historiarum correspondēt libri. libri uero quinq; tertiam occupātes partē: Dico aut̄ illos qui sunt de uita ac uitā cognatis cum morte quā a sola fiunt natura: simul post hos appposito langore & sanitate: inter physicum & medicum medio cōtermino: octauo libro historiarum pro maiori parte correspondēt. Præterea ordo præfatus: ī libro de morte & uita nobis demonstrat̄ nam cū plurimum cās inquisiisset. i. causas generationis aīaliū in libro de generatione: cās etiā uitā ac mortis & sibi cognatorum in aliis nundum tamen ea diffiniisset: ea iam diffinire curans tandem in libro de morte ait. (Generatio quidē igitur est prima participatio in calido nutritiua animæ). Ecce generationē primo (Vita uero māsio huius: iuuetus autem est primæ particulæ refrigeratiuæ augmentatio. Senectus autem huius detrimētum). Quāuis enim in libro de generatione & libro de lōgitudine uitā & de iuuetute & senectute plurima de ipsa generatione & aliis digessisset principia: plurimasque causas ac generationis species diuersitatesque pertractasset: non tamen in eorundem propriis ac singulis libris substantiam prædictorum scilicet generationis: uitā: iuuetutis & senectutis nūdū definiuit. Sed hoc ad calcē oīum. s. usq; ad librū de uita & morte distulit. ipoc; ordie quo ea seriatim ī suis p̄tractauit libris: eo ēt ipsamet rōnabiliter definiuit. Primo. s. generationem. Secundo uitam. Tertio iuuetutē & senectutē: ut mox patuit. Rōnabiliter aut̄ illuc usq; dictorū diffinitiones distulit. quoniā cū ab eisdem fierēt principis aliquo modo diuerso sumptis: necessum fuit in eodē loco definire. Fiūt enim a duobus potissime scilicet ab anima nutritiua. & a naturali calore. Cæterq; generatio fit cum anima dicta ī calido participatur: uita dū ea in eodē conseruat̄ & manet. iuuetus dū calor ille augeat̄ senectus dū diminuit̄. Cū igit̄ eisdē fiāt principis: ultimū locū suæ diffinitiones: ut oīa simul diffinirēt: expectare debuere. Ad hæc quoq; approbāda accedit p̄dictorū epilogus ī libro de uita & morte positus uidelicet. (Quidq; igit̄ ē generatio & uita & mors. & p̄pter quas cās erūt aīalibus: dictū ē). nō enim ī hoc libello ea collegisset q̄ de generatiōe aīalium tradūtur: nisi post generationē uita ac mors & eorū cognata ī ordie sequerēt. Necessē. n. fuerat ī hoc cōi epologo: in quo ea quā de uita & morte ac sibi cognatis: de quibus erat præsens intentio colligebantur: cum iis etiam de generatiōe colligere potissime: quoniā de ea ḡnatiōe nec ī fine libri q̄nti de ḡnatiōe nec alibi ḡnialis ulla scā fuerat collectō: sed particularis potius de dētibus & materiæ passiōib; generalē de ḡnatiōe epilogū post diffinitionē suā tractandā cū uita & morte: reseruās. Quare expedita generatiōe & uitā cognatis: expedita penitus uita & morte: tam p̄ eorū causas q̄ p̄ eorū diffinitiones: tandē ī fine oīum oīa epilogans & colligens dixit. (Quidq; igit̄ ē generatio & uita & mors. & p̄pter quas causas erūt aīalibus: dictū est) Quod. n. epilogus iste librū de aīalium generatiōe apprhēdat: p̄ illam cognoscat̄ particulam qua scriptū est. (Et p̄pter quas causas erūt aīalibus). Nō enim ī hoc libello qui est de uita & morte: neq; in aliis ab eo q̄ de generatiōe: cās ipius generatiōis: licet forte causas mortis & uitā: pertractatas inuenimus. Sed eas cās generatiōis ī libro de generatiōe aīalium q̄sq; inueniet. Si igit̄ ī hoc epologo ī libello de morte & uita factō: colligit ea quā ī libro de aīalium generatiōe tractata sunt: euidēter nobis ostendit̄ q̄ generatio ipsa tractata prius fuerat: q̄ uita & mors sibiq; cognata. Quomodo enim illa uerificaret̄ ps qua dicit̄. (Quidq; igit̄ ē generatio & uita & mors & p̄pter q̄s causas erūt aīalibus dictū ē). nisi generatiōis causæ ī libro de aīalium generatiōe prius expeditæ fuissent. nō tamē alibi q̄ ī illo libro generatiōis causæ disputatæ sunt. Ex iis igitur & aliis superioribus clare monstratū est: illā negocii de aīalibus p̄tem: quæ est de uita & morte & earum cognatis: tertiam fore in ordine: & mox sequi debere ad eā quæ de generatione animalium pertractauit in ordine secundam quo cōmuniter ostensō: nunc ad quinq; particulas illius tertiæ partis: qui sunt quinq; libelli singulatim accedamus.

Ordo libri q̄ est de causā lōgitudinis ac breuitatis uitā: & cuiusdā ābiguitatis solutio. Caput XIII

Ita quæ est tertia pars totius methodi de aīalibus pluribus afficit̄: q̄ uitā cognata ab aristotele nūcupatur. Nā quorūdam aīalium longa est. quorūdam breuis de q̄bus Aristoteles causas in uno īquirit libro: de cā lōgitudinis ac breuitatis uitā noīato cuius initiū tale est (De eo aut̄ qd̄ est hæc quidē esse lōge uitā aīalium hæc aut̄ breuis &c.) Ordo aut̄ huius est quoniā primus est inter eos omnes qui de uita & morte ac earū cognatis agunt. mox enim sequit̄ quintū de generatione. in cuius fine talis scribit̄ epilogus (Sed de dentibus cur partim decidāt ac denuo nascent̄ partim nō & omnino quā ob cām fiant dictū est dixi etiā de cæteris memborū affectibus qui non alicuius cā sed necessario eueniāt: & quā ob cām uidelicet eam cui motū tribuimus.) q̄no epilogo cōpleto: qui collegit ea quæ in quinto de generatione aīalium de passionibus materiā cōse-

## LIBER PRIMVS

quentibus pertractant: mox subiunxit. (De eo autem quod est hæc quæ esse longæ uitæ &c.) ac si dixisset: cum  
 ego in causæ inquisitione: ordinē sequar eorū quæ in historiis animalium a me notata sunt: Cūq; expeditis aliis  
 cōgruo ordine: tandem ad cōplēmentum historiæ de generatione animalium deuenirē: tradiderimq; seriatim  
 causas omnium ad generationē attinentium in quinto sexto ac septimo libro in historiis naratorum: Ratiōna-  
 bile est ut quemadmodū generationi traditæ in historiis: liber de generatione in quo est causarum generatiōis  
 contemplatio suo ordine ac loco accomodatus est: sic suo etiam loco ei parti quæ sequitur generationem in hi-  
 storiis. quæ pars est de uita ac uitæ cognatis: ei inq; parti suo ordine ac loco ea accomodetur p̄s & apponatur q̄  
 causas uitæ & mortis & iis cognatorum agit. Sicut igitur post quintum sextum ac septimū libros historiæ  
 qui de generatione tractat animalium: sequitur octauus in quo p̄ maiori pte uita & mors & iis cognata tractat  
 ic in causarum theoria post librum de generatione animalium merito sequi debent illi libri qui causas uitæ &  
 mortis & de iis cognatis inq; rūt. Hūc prefatum ordinem ea quoq; quæ in principio libri huius scripta sunt no-  
 bis plene clareq; demonstrant. cum dicitur (De somno quidem igitur & uigilia dictum est prius de uita autē &  
 morte dicendum posterius. simul autē de langore & sanitate quantum adiacet naturali phylosophyæ nuuc autē  
 de causa eius quod est hæc quidem esse longæ uitæ hæc autē breuis uitæ sicut dictum est prius cōsiderādum.  
**Hic** ergo liber eo prior est qui de uita est & morte: & eo qui de langore & sanitate. prior est etiam eo qui de iu-  
 uentute est & senectute. & eo qui de inspiratione & expiratione cum in fine huius aristoteles dicat (Nūc autē  
 de animalibus dicta est causa de magnitudine uitæ & de uitæ breuitate: Reliquum autē nobis cōsiderare de iu-  
 uentute & senectute & morte & uita iis. n. determinatis finem utiq; habebit quæ de animalibus methodus) ē  
 etiā prior eo qui de inspiratione. eo dicente in principio libri de iuuentute & senectute. (De iuuentute autem &  
 senectute & morte & uita nunc dicendum. simul autē & de respiratione necessarium fore causas dicere). Patet  
 itaq; ex iis hunc librum: primum cēseri debere inter eos qui de uita ac morte iisq; cognatis agunt moxq; ad eū  
 sequi debere qui de animalium generatione dicitur. Cum ipsa uita generationem sequat. Huic at libro uti di-  
 ximus ea congruūt quæ in initio octauū libri historiæ tradita sunt ubi diuersa animalium uita uictu diuerso: lōgi-  
 tudineq; ac breuitate in diuersis diuersa tractat. Ceteræ aduersus hæc ea q̄ ppriæ initium huius libri sic scripta  
 sunt: (De somno quidem igitur & uigilia dictū est prius &c.) nō paruā instantiam inferre uident. colligens enim  
 ea quæ de somno & uigilia expedita fuerant & de causa lōgitudinis ac breuitatis uitæ se mox p̄tractaturū p̄po-  
 nens indicare: nobis uidet librum hunc de causa lōgitudinis ac breuitatis uitæ sequi mox debere ad eū qui de  
 somno & uigilia dicit. de somno enim collectio facta simul cum p̄positione de causa lōgitudinis uitæ & bre-  
 uitatis: euidens est satis inditium ad accipiendum q̄ hic liber mox illum sequatur. Ad hoc cum superioribus di-  
 cimus q̄ Aristoteles in eo qui de sensu & sensibili duo posuit operationum genera. alterum animalibus propin-  
 quum scilicet sensum. memoriam. somnum cum uigilia. & motum. Alterum remotius. uel quia paucis ut in-  
 spiratio & exspiratio: parum admodum ad hæc concurrente sensu: sed natura potius: uel pluribus q̄ animalibus  
 conuenit ut uita & mors. iuuentus & senectus. langor & sanitas. De hoc duplici genere quatuor traxit coniuga.  
 unū ex primo genere scilicet somnum & uigiliam. tria ex altero. sic eo dicente in libro de sensu & sensibili: (Exi-  
 stunt autem horum maxime quatuor coniuga numero. uelut uigilia somnus. iuuentus & senectus. & respiratione  
 & exspiratio. & uita & mors). De quibus omnibus pollicetur se tractaturū. De una itaq; combinatione scilicet som-  
 no & uigilia: cū una esset de operationibus animali propinquis & propriis: suo tractauit loco. uidelicet in prima  
 parte post essentia expeditionem: inter eas quæ sunt operationes animali ppinquæ. & essentielles fere ac pro-  
 priæ. Ceterum cum post tractationem de somno & uigilia iam per plura pertransiuisset media scilicet per eum  
 qui de motu & per quinque libros qui de animalium generatione tractat tandem iam iam ad reliqua tria con-  
 iuga: suo loco scilicet in tertia pte pertractanda: cū sint operationes animali non propriæ: accedens ne forte de  
 insufficientia accusari posset: alterius iam disputatæ conjugationis quæ est somnus & uigilia in initiis li-  
 bri huius decenti causa memoratur dicens. (De somno: quidem igitur & uigilia dictum est prius & cetera)  
 ac si diceret memini me in eo libro qui de sensu & sensibili quatuor conjugationes tetigisse de quibus  
 dixerā me tractaturum fere: cum autem de iis conjugationibus iam agendum sit non eam nunc expectabis  
 quæ est de somno & uigilia: cum de ipsa alias suo loco inter operationes animali proprias & propinquas expe-  
 diuerim. de ea enim conjugatione scilicet somno & uigilia prius pertractaui. posterius dicam de uita & morte.  
 simul autem de langore & sanitate. de iis enim in libro de sensu & sensibili sub quodam proposueram dubio.  
 nunc quippe assero simul cum morte & uita me de illis pertractaturum: sed ante omnia de causa lōgitudinis  
 & breuitatis uitæ est dicendum: per illud enim (dictum est prius) lotum non intellexit immediate preceden-  
 tem: quia in eo immediato loco liber de animalium generatione disponitur: sic igitur conjugatio quæ essen-  
 tialior ē cū sit prior atē alias cōiugatiōes p̄tractari debuit. s. somnus & uigilia. Quæ uero in natura posterior ē &  
 ultia. s. mors cū uita & cū ea sanitas & aegritudo hæc ultio p̄tractada ē. In intermediis at locis cā lōgitudis ac bre-  
 uitatis uitæ iuuentus & senectus īspiratio & exspiratio expediti debēt. Quō. n. hūc q̄ ē dē cā lōgitudis & breuitatis  
 uitæ ei q̄ de sōno & uigilia cōitē facere licebit: cū ille q̄ ē de motu ad eū mox seq̄ librum q̄ de sōno & uigilia dē  
 uti in superioribus de mēte Tbemistii demonstratū ē. Si. n. libellū aliquē hoc loco colligere uoluisset tāq; sibi cōtermi-  
 nū: nō eū q̄ de sōno: sed eū q̄ de motu potius collegisset nō igitur illū q̄ de sōno & uigilia hoc in loco collegit q̄te-  
 nus sibi conterminū ac uicinū in ordine idicaret. sed ea de cā potius q̄ paḡ atē manifestata ē de eo mēoriā fecit.  
 error. n. p̄ quē credit ex p̄fatis uerbis Ari. librum de cā lōgitudis ac breuitatis uitæ: mox seq̄ ad librum de sōno &  
 uigilia: illi assimilat errori quo in principio de ḡnatiōe animalium nonnulli fuere decepti. Cū. n. nonnulli ea q̄ de p̄ribus  
 sūt animalium: prius tractata uiderēt cernerēt quoq; Ari. in principio libri de ḡnatiōe eadē colligere & imediate de anima-  
 liū ḡnatiōe se tractaturū policeri: errore ducti arbitrati sunt librum de generatiōe mox seq̄ debere ad eū q̄ de p̄ti-

## LIBER PRIMVS

bus inscribitur. adeo q̄ litteram quæ est in fine de p̄ribus impudenter immutarunt uel potius tineis ac humidatibus subterraneis oblitteratam inscie deprauarūt uti ī inferioribus diffuse disputabimus. Et hæc satis de ordine eius qui de longitudine ac breuitate uitæ dicitur dictum sit: nunc de iuuentute ac senectute dicendum est.

Ordo libri qui est de iuuentute & senectute.

Caput. XIII.

**a** Lia coniugatio de p̄dictis est iuuentus & senectus. q̄ sunt uitæ q̄dā status. generatio. n. secundum naturā prior est: cū sit aīæ nutritiua ī calido participatio. Vita uero secūdo succedit. cū sit eius mansio. Hæc at̄ mansio diuersos habet status: siue modos. primus cōsistit in caloris augmēto. & in hoc est iuuentus communi accepto uocabulo. In postremis calor diminiuit sub qua diminutione miserabiliter peragrat senectus. In medio uero q̄dam status intercidit inter iuuentutē & senectutē medius. Ordo huius libri ē: quoniā mox ad eū seq̄tur qui de causa longitudinis ac breuitatis uitæ diseruit. eo ī fine hunc ordinē sic approbante. (Nūc de aliis animalibus dicta est cā. & de magnitudine uitæ & uitæ breuitate Reliquum aut̄ nobis considerare de iuuentute & senectute & uita & morte. iis deternūnatis finē utiq̄ habebit quæ de aīalibus methodus) Huic libro nōnula in octauo de historiis post longitudinē ac breuitatē uitæ: de reiuuuescentia ibidem tractata sic incipientia: correspondēt. (Nōnulla ex iis quæ cōduntur exuunt id q̄d senectus uocatur) paucis. n. ibidem de reiuuuescentia quoquomō scriptis: in causarū inquisitione plurimoḡ fit speculatio. Hic ē ordo in historiis plantarū a Theofrasto obseruat. post uitā. n. plantarum: iuuentutem & senectutem docet. Et hæc sufficiant de iuuentute & senectute. post quem ille sequitur liber qui de inspiratione & expiratione dicitur.

Ordo libri de inspiratione & expiratione.

Caput. XV.

**a** Nspiratio & expiratio est una de p̄fatis coniugationibus ab animali remotioribus. nō est enim propinq̄ aīalis operatō neq̄ pp̄ria quoniā paucis Cōuenit aīalibus. licet solis. maxime quoniā nō electiōe tantum sed ē natura operante sit. hic liber incipit (De respiratione. n. aliqui quidem & c.) ordo huius est quoniā ei uicinus est libro qui de iuuentute & senectute dicitur. In principio huius nihil colligit. n. nihil proponitur. neq̄ in fine libri p̄cedentis de hoc aliquid fit. & merito. quoniā de eis ī principio p̄cedentis libri propositū fuerat: cū dicebat. (De iuuentute aut̄ & senectute & morte & uita nunc dicendum. simul aut̄ & respiratione necessariū fore causas dicere. quibusdā. n. aīalium pp̄ hoc accidit uiuere & non uiuere) ex iis in patet ad eum sequi debere qui de iuuentute & senectute dicitur. patet insuper inspirationē & expirationē unum eē de mortis & uitæ cognatis. cū per inspirationē & expirationē uiuere contingat aīali & nō uiuere: sed mori. Huic libro nihil determinati respondet in historiis. licet in octauo. & alibi plurima de aīalium inspiratione ac refrigerio sparsim p̄tractata sint: tum per pulmonē tum per branchas: aerem. & aquam atrahendo. Expeditis iis de inspiratiōe: ad eum q̄ de morte & uita dicitur: transeundum est.

Ordo libri de morte & uita.

Caput. XVI

**l** Liber de uita & morte qui incipit (Est quidē igit̄ oibus aīalibus cōe generatio & mors): aliis libris per hoc principū primo aspectu nō uidet̄ esse cōnexus. cum in eius p̄cipio nihil dicēdoḡ p̄ponat̄ nihil de p̄tractatis colligat̄. Cæterum aliter ab hoc se habet ueritas. Nam in principio libri de longitudine & breuitate uitæ: de morte & uita se tractaturū fore p̄posuerat: cū dixit (De somno q̄dem igit̄ & uigilia dictum est prius de uita aut̄ & morte dicendum posterius) & in fine eiusdē ait (Reliquū aut̄ nobis considerare de iuuentute & senectute. & morte & uita) & in principio eius q̄ de iuuentute & senectute scriptū reperit (De iuuentute aut̄ & senectute & morte & uita nunc dicendū.) Præter hæc uidemus q̄ huius libri principium sub forma conclusionis sit factum. hoc mō (est quidem igit̄ oibus aīalibus cōe generatio & mors) q̄ cōclusio ex iis inferit̄ q̄ ultimo de inspiratione dicta fuerat. ex quo. n. īspiratio uitā cōseruat īpotentia aut̄ mouēdi pulmonē & branchas: ē mortis causa: siue illa cā sit pp̄ senectutem uel pp̄ alias causas destruentes. sicuti in ultimis libri de inspiratione mox p̄scriptum fuerat ab Aristotele: & cū aīal quodq̄ necessario. si uiuit ad senectutē deueniat: ueniens aut̄ ad senectutē īpotentia fit refrigerii ex defectu mēbri refrigerantis: ad quā īpotentiam seq̄tur mors. ergo mors erit cōis oī aīali. ex iis igit̄ demonstratū est q̄ hic liber q̄ est de uita & morte: nō ē aliis incōnexus. sed a prime cōnexus. tum q̄ in aliis locis de hoc libro p̄positū fuit. tū ex sui p̄cipio. sub forma cōclusionis factū. Ordo igit̄ huius est quoniā ultimū totius methodi naturalis obtinet locū. ultius. n. est eoḡ q̄ agūt de iis q̄ aīalibus at̄inent prout a sola natura fiūt. Vltimū. n. opus naturæ solius q̄d aīali at̄iet: ultio iter aīalia tractari debet. hoc at̄ ē mors. In hoc at̄ libro plura de morte pauca uero de uita tractant. quoniā de uita plura ī eo q̄ de cā lōgitudinis ac breuitatis uitæ tractata sunt. dixi at̄ (Solius naturæ) quoniā naturæ opus q̄d nō sola natura sed artificio quoq̄ subministrante pficiscit̄: q̄le ē lāgor & sanitas: post uitā & mortē ī cōfinio tāq̄ res naturæ & artis cōtermia: p̄tractari oportet dixit. n. ī fine libri de uita & morte (De uita q̄dē igit̄ & morte & de cognatis huius speculationis dictū ē de oīb) Intēdēs p̄ hāc speculationē eā q̄ de uita & morte. cognata at̄ huius speculationis sūt q̄ simpliciter a nā sola eueniētia: uitæ at̄inet & morti. ueluti lōgitudō ac breuitas uitæ. & status iuuetutis & senectutis. & īspiratio & expiratio. q̄ uitā cōseruat. & corrupte destruit. Est. n. hic epilogus totius tertiæ ptis methodi de aīalibus. q̄ ē de uita & morte & iis cognatis: oibus in unū cōphenis. Apparet ē q̄ hic liber sit ultimus p̄ ea q̄ ī fine de lōgitudine ac breuitate uitæ scripta sunt. (Reliquū at̄ nobis cōsiderare de iuuetute & senectute. & morte & uita. iis. n. determinatis finē utiq̄ hēbit q̄ de aīalibus methodus) Huic at̄ ī historiis respōdēt ea q̄ ī octauo de diuersa aīaliū uita tractata sunt. si uero quod de moribus tractat̄ in historiis. nihil determinati in theoria causarū correspōdet. nisi q̄ de sanguine turbido ac claro: crosso & subtili: in libro de partibus aīalium ab Aristotele disputatū est. Cæterū lāgor & sanitas quibus aīalium mortem p̄cedant: de eis tamē Aristoteles & in historiis & in causarum theoria post mortem & uitam pertractauit. eo q̄ nō a natura sola sed arte subministrante facta sint. quare in contermio phisici ac medici doceri debent. hæc aut̄ ratione & causa deficiente in plantis Theofrastus in plantarū historiis merito de morte post lāgorem & sanitatem docuit. Et hæc satis sint de ordine eius libri qui est de uita & morte.

LIBER PRIMVS

& generaliter oīum librorum qui de rebus aīali spectantibus a natura sola productis speculari. Nunc autem ad aīalium passiones transeundum est: q̄ non sola natura operante: sed arte subministrante efficiuntur quādoq; . hæc autem sunt langor & sanitas. de quibus ī libro q̄ de langore & sanitate inscribitur determinatum est. quem librū tanq̄. ultimū in naturali scientia illi naturales postremo attingunt & ibidem desinunt qui medicinam adiscere nolunt: ad ulteriora non progredientes. a quo etiam libro prima medicīnæ suscipiunt principia naturales illi q̄ ultra naturalia medicā artē adiscere cupiunt. ea. n. principia in libro illo contermino tradita p̄cognoscentes: & tanq̄ lac ab ubere & cibū mollē ignari medicīnæ aptū sugentes ad ulteriora artis medicæ tanq̄ ad cibū grossum dentibus molendum iam leuiori cibo nutriti: oportune accedunt. de cuius libri ordine nunc est agendum.

Ordo libri de sanitate & langore & q̄ eum librum Aristoteles composuerit.

Caput. XVII.

Angor & sanitas ad certos usq; terminos physico res dōesticae sunt. sunt. n. uiuentibus anexe p̄prietates. nō enim morbus aut sanitas uita carentibus euenire ualent. quare cū physici sit plenā de uiuentibus trade re doctrinā: sua quoq; intersit de sanitate ac langore prima saltē docere principia hoc quoq; ex iis manifestum sit. nā rationales medici cū a naturali discedūt disciplina: mox sub medicīnæ p̄ceptis se offerunt: lepidissimi et philosophi naturales de medicina minie curantes: eo usq; p̄cedūt quo medicīnā attigerint. hæc enī quæ de rationalibus dixi medicis & lepidissimis physicis clare demonstrat & q̄ utriusq; scientiæ quoddā ē cōterminū & q̄ utra p̄cipia medicīnæ a physico medicus mutuo accipiat q̄re sanitatis & langoris tractatio philosopho naturali usq; ad aliquē terminū necessaria est. Hæc aut tractatio in eo q̄ de langore & sanitate ab Aristotele expedita fuit. In cuius libri fidem tametsi nullum unq̄ uiderim cōpletū tractatum: nec aliquē de latinis aut arabibus seu græcis auctoribus legerim: qui hunc librū se uidisse dixerit ego tamen nōnulla huius libelli uerba: principii ordinentia: litteris scripta græcis post eū q̄ de morte & uita in exēplari quodā iuueni græco. q̄ infetius ponenda sunt. Accedit ad hanc ueritatē illud quoq; qd̄ in libro secundo de partibus aīalium scriptū inuenimus: dum de cerebro loqueretur (Sed de iis cū de morborum causis agitur diserere cōgruum est. uidelicet quo ad tractare de iis naturalis scientiæ interest. Huius et testimoniū illud est qd̄ circa principia libri de cā longitudinis & breuitatis uitæ de hac tractatione sic scriptum est (De somno q̄dem igitur & uigilia dictum est prius: de uita aut & morte dicendū posterius: similiter aut de langore & sanitate: q̄tū adiacet naturali philosopho. Ex q̄bus oībus patet Aristotelē de sanitate ac langore p̄tractasse. liber at eius seu eius libri p̄cipiū: & oē qd̄ de hoc uidimus sic se habet (ὡς περὶ τῆς υγείας καὶ νόσου οὗ μόνον ἐστὶν ἰατρικὸν ἀλλὰ καὶ φυσικὸν μέχρι τῶν ἄτιμας εἰπεῖν ἂν διὰ φερούσι καὶ τὰ διαφέροντα θεωρούσιν οὐ δειλαίνουσαν εἰσὶν ὅτι δε σμυρόδος ἡ πρᾶγμα τὰ μέχρι τῆς νόσου ἐστὶ μαρτυρεῖ το γινόμενον τ τῆ σαρκὶ ἰατρικῶν οὗτοι κομψοὶ ἢ περὶ ἐρσοὶ λεγούσιν τὰ ὡς περὶ φύσεως ἢ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξίον σὶ λαμβάνειν ἢ τ ὡς περὶ φύσεως πρᾶγμα τεύθεν τῶν οἱ χαρὶ ἐστὶ τὰ τοῖ σχενον τῆ λεύτως ἢ εἰσ τὰς ἀρχὰς τῆς ἰατρικῆς. Quod sic interpretatur) De sanitate aut & egritudine non solum medici uerū etiam physici usq; quid interest causas dicere. quatenus uero differūt: & quatenus differentia: speculari: latere nō oportet. Nā q̄ ea tractatio cōtermina sit usq; qd̄ testat qd̄ fit. & n. medicorū q̄cūq; disertī curiosi ue dicunt: de natura dicunt: & illinc p̄cipia facienda putant. q̄cūq; uero de natura negociant: elegantissimi fere ad medicīnæ principia tractationem suā deponunt.) Hæc. n. sunt illa pauca q̄ de sanitatis & langoris causis post librū de morte & uita mox ī græcis exēplaribus scripta inuenimus. Ordo at huius ē quoniam mox seq̄ ad eū q̄ ē de uita & morte. hoc priō patet ex iis q̄ ī fine libri de uita & morte: & ī principio libri huius per continuationē sic scripta re: unī. (De uita igit & morte & q̄ ad hanc speculationē p̄tinet dictū ē fere de oībus. De sanitate at & egritudine nō solū medici uerū et physici usq; qd̄ interest cās dicere) Talis. n. horū librorū repta ē apud exēplaria græca scā cōtinuatio. Accedit ad hoc quoniam licet de sanitate ac langore uaria ac uario mō tractent a medicis & a nāli philosopho: horū tamē doctrina cōtermina eē debet. igit qd̄ physici erit finis. medicæ artis erit p̄cipiū. & hoc sensit Aristoteles cū post p̄fata subdidit (Quatenus uero differāt & q̄teno d̄ria speculari latere nō oportet. nā q̄ ea tractatio cōtermina sit usq; qd̄ testat qd̄ fit) Quod at hæc duæ scīæ cōterminæ sint: q̄ assumptū fuerat eo q̄ppe Aristot. demonstrat mō: quo ī eo q̄ de sensu & sensibili demonstratū fuerat. dicens (Etenim medicorū q̄cūq; disertī curiosi ue d̄nt de natura dicūt. & illinc p̄cipia sumēda putāt. q̄cūq; uero de uatura negociāt elegantissimi fere ad medicīnæ p̄cipia tractationē suā deponūt.) Ex iis uerbis liq̄do patet tractationē de sanitate ac morbo usq; ad certos limites ipsi physico & medico cōterminā eē. q̄re cū tractatio de langore & sanitate usq; ad certos limites medius eoz sit cōterminus: ita ut cū naturales illud deuenērūt. s. ad medicīnæ p̄cipia uia tractationē suam deponāt: & finiāt medici at incipiētēs illic sua capiāt p̄cipia. hæc nobis clarissime demonstrat libellū de sanitate & langore ab Aristotele factū: q̄ morbi ac sanitatis uia p̄cipia scrutat: seq̄ mox debere ad eū q̄ d̄ morte d̄ & uita. q̄ ē de iis q̄ ultio a sola nā aīaliū eueniūt. & eē iā initiū alterius artificis. s. medici: q̄ rōne utit. Nec obstat q̄ plātarū cognitio ad physicā doctrinā cōplemētū eā seq̄ p̄tē q̄ ē de aīalibus methodus. nā & si ad naturalis disciplinæ cōplemētū: plāta ip̄sæ post aīaliū cognitionē necessariæ sint: ad cognoscēda tū sanitatis ac langoris p̄cipia p̄ia & cās p̄ias: q̄ ī qlitatū ac elemētōz humorūq; tēperie ac distēperie a nāli cursu cōsistūt: cuius cognitiōis officiū libro huic de langore & sanitate p̄tinet plāta ip̄sæ necessariæ nō sunt. neq; iter physicū & medicū cōterminē putari debēt. sed ea sola ps q̄ aīalibus attinet ipsi morbo & sanitati cōtermina eē debet. Plāta. n. cognitio a physico tradita sanitatis aut morbi causas nō docet intrinsecas & essentielles. quoniam hæc solæ animalibus intrinsecas eueniunt. hæc enim sunt elementorum ac humorū distemperantia & tēperies a p̄cipiis generatiōis & ab elementis extrinsecis & locoz mutatiōibus euenientes. quorum plantæ in nullo sunt p̄ticeps causæ. Ad hæc ī p̄cipio libri de cā lōgitudinis ac breuitatis uitæ ait. (De somno q̄dem igit & uigilia dictum est prius de uita autem & morte dicendum posterius. similiter at de langore & sanitate quantū adiacet naturali philosophiæ. nūc aut de cā eius qd̄ est hæc quidem esse longæ uitæ hæc autem breuis. sicut dictum est prius. considerandum) per quæ

## LIBER PRIMVS

uerba clare accipitur Aristotelem in superioribus de somno egisse & uigilia : in postremis disputaturum de morte & uita similiter de langore & sanitate, in presenti opusculo de cā longitudinis ac breuitatis uitæ. Quærendū igitur est quidnam intellexit cum dixit (similiter aut de langore & sanitate) si dixeris eū uoluisse locū qui est iter hunc de longitudine uitæ & eū qui de morte: imperfecta ac insufficientis sua fuisset propositio. cū illud medium plura capiat nec de illis pluribus locis in hoc præfato sermone aut inferius alicubi decernat. nā cū in hoc sermone proprium libri de morbo & sanitate locū nō determinasset: suū fuisset officium per uerba sua in illo toto medio alicubi dearticulasse: sicuti de iuuentute & senectute & respiratiōe factū est. Nam cum in principio huius libri qui de causa longitudinis ac breuitatis ut dicitur nihil de iuuentute proposuisset. Huic defectui in fine libri præfati clare suppleuit, colligens. n. ea quæ de longitudine ac breuitate uitæ docuerat: mox subdidit (Reliquū aut nobis cōsiderare de iuuentute & senectute) Eodē quoque modo cū de respiratione nihil proposuisset: mox in principio libri de iuuentute & senectute de defectui suppleuit dicens (De iuuentute at & senectute & morte & uita nunc dicendum, simul autem & de respiratione necessarium fore causas dicere) A simili igitur cum de langore & sanitate nihil certi de loco proposuerit: ratio eū cogere debuit in illis intermediis alicubi eius desinisse locū. quā cum factum non sit: cogimur dicere per illa uerba (Similiter at de langore & sanitate) De iis similiter idest in postremis. s. post eum qui est de uita & morte: se fore per tractaturum. ita ut similitudo tracta per illud uerbū (similiter) circa illud uerbū uersetur quo dicitur (Dicendum posterius) Tanto magis ad hoc credendum cogimur: quanto nullus per oēs discurrendo limites sibi potest debitus assignari locus. Nam post eū qui est de longitudine uitæ. mox sequitur is qui de iuuentute & senectute dicitur. ut ex superioribus patuit. post hunc mox ille sequitur quod de inspiratione inscribitur. aut superius quoque ostensum est. Cæterum quod post hunc qui est de inspiratiōe sequatur ille qui est de morte & uita cum prius disputatis: sic accipito. cū. n. in eo de refrigerio plurima tractasse tā de ea quæ per respirationē cū pulmone: quæ per brachas ex aqua quæ respiratio uitæ custoditur iam completis ad ea quibus respiratio intercipitur: qua interceptione mors incidit: iā discedere uolens in calce dictorum suo loco duas interserit causas. quibus animal refrigerio priuatur. in mortemque ruit. s. medii paucitatem ac membri refrigerationi seruientis in obedientiam. passione aliqua: uel senectute nimia siccitate lesi: qua lesione stante mox sequitur mors: dicens. (Et respirantia quidem in pauco aere & eodem suffocantur &c.) per hæc tangens modum ac mortis causam primā quæ est continentis paucitas. & post hæc (Et non potentium mouere: respirantium quidem pulmonē: aquatiliū aut brachas: per passionem: aut per senectutē tunc accidit mors) per hoc tangens modum ac mortis causas. quæ est ex instrumenti refrigeratiui inobedientia. Postquæ statim tanquam ex prioribus cōcludens: mox libri principium de morte & uita subintulit dicens. (Est quidem igitur omnibus animalibus cōgeneratio & mors.) Hæc. n. conclusio quæ est principium libri de morte & uita: ex præfatis in fine de inspiratione positis accommodate subsequitur. Cū. n. animal calido in initio suæ generationis in seruo: refrigerio indigeat: tali autem refrigerio uel passione facta in membro refrigerationi subseruiente: uel senectute nimia offendente necessario tandem carere oporteat: huius autem carentia mors sit. ex iis ergo sequitur mortem sicuti est & uita omnibus cōtem esse animalibus. Ecce igitur quæ recto ordine traditis iam causis refrigerii animalis: & modis pro uitæ eorum conseruatione: post hæc naturali processu tandem in calce libri: suppositis refrigerium duabus destructibus causis: quibus mors subsequitur: mox principium tractatiōis de morte subintulit. Hæc igitur omnia nobis clare demonstrant librum de inspiratione mox præcedere ad eum qui de morte & uita. quare liber de langore ac sanitate nullatenus inter librum de longitudine uitæ & eum qui de morte ponendus est. & cum de eo similiter agendum sit sicut de morte & uita quare post eum qui de morte & uita ponendus est. Indicat etiam hoc id quod in principio de iuuentute sic scribitur (De iuuentute autem & senectute & morte & uita nunc dicendum, simul autem & de respiratione necessarium fore causas dicere) tradere enim de respiratione simul cum iuuentute & morte est ipsam in medio utriusque tanquam conterminam pertractare. si enim quid interponatur tractatio illorum tuum simul esse non poterit. Neque putandum est iis quæ in superioribus demonstrata sunt: ea contraria esse quibus in fine de longitudine ac breuitate uitæ post pertractatorum collectionem proponendo sic scriptum fuit (Reliquum autem nobis cōsiderare de iuuentute & senectute & uita & morte. iis enim determinatis finem utique habebit quæ de animalibus methodus) neque illa quæ in fine illius qui est de morte & uita sic scribuntur) De uita quidem igitur & morte & de cognatis huius speculationis fere dictum est de omnibus. ) quæ quidem collectio in latinis libris ultima pars esse reperitur eius qui de morte & uita per superiora enim post longitudinem ac breuitatem uitæ ultra iuuentutem & senectutem mortem & uitam nihil superesse uoluit tractandum: nisi forte id quod in principio eiusdem libri cum morte & uita proposuerat se tractaturum: scilicet langorem & sanitate. de quibus hic in fine nihil proponit ex quo in principio de iisdem proposuerat. cum dixerat. (De somno quidem igitur & uigilia dictum est prius de uita autem & morte dicendum posterius similiter autem & de langore & sanitate & cætera.) His igitur determinatis: scilicet iuuentute, & senectute & morte & uita: & iis de quibus in principio dictum fuerat similiter posterius esse tractandum: scilicet langore & sanitate: iam methodus de animalibus finem habebit. illud enim (iis determinatis & cætera) non tollit ea esse tractanda quæ prius proposuerat se tractaturum. neque prohibet aliqua posse pertractari inter iuuentutem & mortem: scilicet respirationem & inspirationem. quæ quis hic non proponantur: mox tamen in principio libri de iuuentute & senectute proposita fuerint esse tractanda. cum dicebatur (De iuuentute autem & cætera) Superior ergo Aristotelis sermo ueritati superius demonstratæ minime contrarius est. Neque etiam illud obstabit quod in naturæ processu langor. & sanitas mortem præueniant. languidum enim animal nondum mortuum est. sed uiuit adhuc. Concedimus equidem morbum ac sanitatem præcedere mortem: & hac de causa si langor. & sanitas a natura sola absque artis iuuamine semper euenirent: nec artificis manu quoquo pacto indigerent: profecto ante mortis libellum diffinita fuissent. Cæterum cum ipsæ ambæ res sæpe artificio prodeant in lucem:

LIBER PRIMVS

nec omniquaq; naturalia dici possint: nō ab re a puris naturalibus Aristoteles saltū quasi faciens: post mortē & uitam i cōtermino phisici ac medici medio: de langore ac sanitate quoad phisici interest accommodate diseruit. Hac de causa in fine de morte & uita si ibidem est illius libri finis: uel in principio de langore & sanitate. si ibidem liber de sanitate & morbo initiū suū habet recte sic scribit (De uita qdem igitur & morte & de cognatis huius speculationis fere dictum est de oibus) dixit autē (fere) quoniā si cognata uitae & mortis ea sola sumantur q̄ a natura sola prodeunt: certe quacūq; huic speculationi attinet iam expedita sunt. Si uero cognata uitae ac mortis ea etiā telligant q̄ nō a sola natura p̄deunt sed arte etiam produci possunt: nō de oibus huic speculationi cognatas complete disputatū est. sed p̄ter dicta langor ipse & sanitas tractanda sunt. q̄bus expeditis iam medicus ipse suasumat uires. Huic libro respōdent de historiis ea q̄ in octauo post reuiuenscentiā de langoribus aialium satis diffuse tradita sunt. cū scribitur (Fiunt autē aialia prospere & nō in eisdem temporibus nec i oibus equae exuperantiis. Valitudines enim & morbi p̄ tpa pro generū diuersitate uarie accidūt &c.) De quo langore & sanitate ipse Theophrastus in historiis plantarū. post iuuentutē & senectutē nō post mortem & uitam: ex causa superius dicta: merito egit. Et haec satis sint de ordine eius q̄ de langore ac sanitate dicit. nunc autem sub breui quodam epilogo quacūq; singularim tractata sunt. hic paucis colligam.

Cōpendiosa recapitulatio numeri & ordinis partiū ac particularū totius phisicæ doctrinae Ari. Cap. XVIII. Incimus igitur q̄ doctrina phisica quinque partes habet. prima ē de naturae principiis primis: & iis quae naturalia fere oia cōmuniter cōsequunt. & haec primo tradita est in libro de phisico auditu. Alia pars ē de simplicibus motu locali motis. s. cōelo & elemētis quatuor: cū uia qua fit transitus ad Caduca in quantum talia. de primis agitur in libro de cōelo & mundo. de secundo in libro de generatione & corruptiōe. cuius partis ordo traditus est in principio tertii libri de cōelo & mundo. Tertia pars est demixtis inanimatis. de quibus agitur in libris metheorologicorum. per metheorologica cōphendendo ea ēt quae lapides & metalla speciali doctrina a quibusdam tradita sunt. Quarta est methodus de aialibus de qua in quatuordecim agitur libris. In uno de illis. q̄a sunt. s. in libro historiarū. i. tredecim: causas ingrendo i utrisq; tamen eadē: & eodē fere traduntur ordine. s. substantia siue essentia cum suis operationibus propinquis in prima parte. generatio i secūda. uita autē & mors etiam eius cognata i tertia parte. supadditis tandem langore & sanitate: puros naturalium limites egredientibus: & ad artificialia aliquatenus attingentibus. Essentiae p̄s prior i ordine est materia siue aialium partes. de qua in libro de p̄tib; i quatuor diuiso uolumina & i libro de partibus ad motum utilibus: qui secūsus ē: agit. post materiam i doctrinae ordine ē forma. s. aia. de qua i libro de aia i tua diuiso agitur. post substantiam operationes aiali propinquae sequuntur. prima est sensus de qua i libro de sensu & sensibili. secūda memoria de qua. i libro de memoria. Tertia est somnus & uigilia. de quibus i eo qui de somno & uigilia. Quarta est motus de quo i libro de motu. Huic primae parti de historiis quatuor respondent primi libri. de qua prima pte duo sunt epilogi uniuersales unus i theoria causarum. s. i fine libri de motu. ubi sic scribit (De partibus qdē igitur uniuersalibus aialium &c.) Alter i historiarum quinto. s. i principio libri epilogo priori correspōdens ubi sic scribit (exposui partes aialium) generatio est secūda pars q̄ in libro de aialium generatiōe tradit i quinque diuiso uolumina cui de historiis tres respōdent libri quintus sextus & septimus. de qua secūda parte cū tertia: duo ēt sunt epilogi unus i theoria causarum. s. circa finem tertiae p̄tis i libro de morte & uita. ubi colligēdo uitam cū generatiōe: cōtinuauit dicens (Quid qdem igitur est generatio & uita & mors & p̄p quas causas erunt aialibus dictum ē) cui i principio octauo de historiis respōdet alter epilogus (generatio & reliqua aialium natura ita se habet actiōes autē & uitae p̄ moribus uictuq; differūt) Tertia pars. est uita cum morte & sibi cognata. addita sanitate & langore. nam cognata uita est longitudo ac breuitatis uite de quibus i eo agitur q̄ de causa longitudinis ac breuitatis uitae dicit. cognata sunt etiam iuuenus & senectus de quibus secundo tractatur loco i primo libro. Tertiū est inspiratio ac expiratio. de quibus i libro de inspiratiōe. Quarto est mors & uita. de quibus est tractatio i libro de morte & uita qui ultimus est eorū q̄ a sola natura p̄cedūt aialiū. Quinto ac ultimo ē langor & sanitas q̄ sunt operationes non naturae solius. sed artis quoq;. & ac de cā i cōfinio phisici q̄ naturalia speculat: & medici q̄ ea q̄ a natura scā sunt: licet suffragio artis subministratis: tāq; cōterminae phisici & medici ponēdae sunt. cui de historiis p̄s ea. s. q̄ prior ē octauo libri sibi correspōdet. Quia p̄s ea ē q̄ de plātis. de q̄ Theophrastus & historiarum & causarum theoriā: Aristotelis tractationē de aialiibus imitādo: diffuse tractauit. Haec quinque p̄tes uniuersali ordine i principio libri metheororum ordinatae sunt ab Aristotele. particularū uero harū quinque p̄tū ordo i superioribus suis locis p̄p̄riis demonstratus est. Et haec satis sint de cōpendio eorū q̄ sup̄ius de numero & ordine p̄tū ac librorū doctrinae phisicæ Aristotelis diffuse demonstrata sunt. de plātis. n. q̄ sub quanta cōtinent p̄te. q̄ sequant in doctrinae ordine ad aialia: partim in superioribus traditum ē: partim etiam usq; ad sufficientiam in secundo libro. in quo de erroribus disputaturi sumus: clarissime demonstrandum est.

Collectio compendiosa certi ac specificati numeri librorum ac uoluminum doctrinae phisicæ Aristotelis. & de solutione duarum ambiguitatum. Caput. XVIII.

Ortus phisicæ doctrinae Ari. librorū numerus ē duo de uiginti quoque nonnulli i plura distinguūt uolumina ita ut uoluminū oīum numerus sit quadraginta & nouē: aut quinquaginta si decimo addiciat ei q̄ ē de historiis. de quo statim disputabimus. Sunt autē hii. de phisico auditu unus. in octo diuisus uolumina. de cōelo & mundo unus: i quatuor. de generatiōe & corruptiōe unus: i duo diuisus. Metheorologia unus: i quatuor distributus uolumina. cui tertio libro nonnullae aliorū. s. Theophrasti graeci: & arabū: & latinorū i particulari magis d̄ inaiatis plene mixtis cōscriptiōes anectēdae sunt. q̄ oia sub metheorologia iuxta Aristotelis sententiam senioribus conscientis: cum ab eodem principio fiant: comprahendi debent de historiis unus in nouem diuisus uolumina. aut secundum quosdam in decem. quoniam decimum apposuerunt. dicentes eū fuisse Aristotelis opus. Et hic de



## LIBER PRIMVS

historiis liber. de animalibus quia sunt: narrando historiarum: more: nos docet libri autem quae causas eorum: quae in historiis narrata sunt: & plurimum rerum ac particulariori doctrina inquirunt. numero sunt tredecim uiginti duo continentes uolumina quorumque librorum tres de animalium substantia, uidelicet de partibus animalium unus: in quatuor partibus, de partibus ad motum siue de progressu unus, de anima unus: in tria diuisus, de operationibus uero animalium propriis ac propriis quatuor, scilicet de sensu sensibili unus, de memoria & reminiscetia unus, de somno & uigilia unus, de motu in communi animalium unus. Et ii septem sunt de prima parte quae animalium essentiam: & eorum proprias operationes apprehendit. Secunda pars quae est generatio unum habet librum, scilicet de generatione animalium nuncupatum: in quinque uolumina diuisum. Tertia pars quae est uita cum morte & his cognata quibus continet libros: scilicet de causa longitudinis ac breuitatis uitae est unus, de iuuentute & senectute unus, de inspiratione & respiratione unius, de uita ac morte unus: omnium rerum a sola natura productarum ultimus, de langore & sanitate quae simul a natura & arte procedunt creditur unus, omnium extremus: qui omnes numero, xxxi, libri quadraginta & nouem computatis historiis uolumina uel quinquaginta continentes reperiuntur numero. Nec mireris si rem hanc sub dubio proposuerim, nam apud translationes priores & latios expositores: decem de historiis inueniuntur libri & apud Arabes. Nam in principio de generatione hominis: de ipsius generatione se dictum proponit tam de ea quae in utero quam de ea qua in lucem uenit homo: usque ad senectutem: cum tamen liber iste ibi finiat (Vnde fit ut nomina septimo die imponantur &c.) Huic nono adducit decimum de quibusdam a generatione, usque ad senectutem pertinentia, iuxta promissa, in quo nonnulla de sterilitatis causa ac secundae placentiae ratione matricis ratione feminis ratione molae determinantur: Theodorus Gaza in sua quam nostris temporibus edidit translatione. Decimum hunc fragmenta appellat, non historiis pertinentia cum non sola narratio sit sed in eo causae de rebus propositis inquirantur, quod non est historiae officium. Ait ergo theodorus apponendum esse libro de animalium generatione si Aristotelis sit: opus: quod tamen non fuisse Aristotelis opus putauit, & hac de causa illud minime interpretatus est. Quae fragmenta si caeteris nouem de historiis addantur: decem computabuntur historiarum libri, si uero non erunt nouem hii forte sunt nouem libri quos de animalibus Diogenes Laertius in uita Aristotelis Aristotelem scripsisse dixit. Hic enim liber proprie de animalibus liber dici debet, ut posterioribus demonstrabimus, totum enim quod de animalibus doceri debet: liber hic licet succincte ac in uniuersali narrando: docet. Non lateat etiam nos: quod liber qui, in historiis de hominis generatione agit: tam apud graecos quam latinos quam etiam Arabes in ordine positus est nonus, qui incipit (De hominis generatione tam prima in utero &c.) Sed hoc a Theodoro Gaza & merito in sua nuper nobis tradita interpretatione tanquam uiciatum corrigi, Septimus, non esse debet. Viciatum autem hunc ordinem putauit ab Apelicone theyo, qui ut inquit Strabo plurima Aristoteli de prauauit: erroris autem causa fuit: quoniam in principio quinti historiarum scribitur (Nunc de eo), scilicet homine (Nouissime deserere placet) per (Nouissime) Theius finem intellexit historiarum, quod non est. Sed speculationis de generatione animalium finem intelligere uoluit Aristoteles, cum enim talia loqueretur: de hominis generatione suus erat sermo. Qua de re cum quintus & sextus essent de generatione, septimus de generatione hominis ultimo post aliorum generationem locandus erat. Tractans enim animalium generationem: se eo modo processurum dicit: quo de partibus processerat, uidelicet primo generationes similes ac dissimiles, se tractaturum in genere, de hinc procedere sicuti in eo qui de partibus processum fuerat, hoc excepto quoniam in eo qui de partibus primo de partibus hominis egerat, postea de caeterorum animalium partibus, hic autem inquit Aristoteles e contra generationes animalium caeterorum prius: ultimo post illas: eas quae de hominis generatione se per tractaturum, quippe quoniam de homine plura tractanda erant quam de caeterorum generatione: singulum singulo referendo, & quia caeteris hominis partes magis sunt familiares, Verba ipsius haec sunt (Sunt porro generationes animalium multae ac uariae partim dissimiles, partim quodammodo similes, sed cum genera ante ut res exigit digesserimus: nunc quoque eodem modo tractare temptemus, praeterquam quod initium tunc ab homine: cum de parte ageremus sumendum censuimus: nunc de eo nouissime deserere placet, quoniam plurima ipse de se afferat explicanda). Hoc et patet ex hoc, quod in sexto historiarum parum ante medium: iam ad generationem terrestrium accedens: sic scribitur (Sed de coitu in utero & eiusmodi reliquis caeterorum animalium omnium tum aquatiliu tum uolucrum atque etiam terrestrium quae oua pariunt dictum iam est. Sequitur ut pari modo de his quae in terrestrium genere animalium pariunt: atque et de homine deseramus) Id enim de quo superius dixerat se nouissime tractaturum, scilicet de hominis generatione, hic iam proprius accedens quidnam per illud (nouissime) intellexerit: clare satis demonstrat, dicens (Sequitur ut pari modo de his quae in terrestrium genere animalium pariunt, atque etiam de homine deseramus) Cum, non in principio quinti se nouissime de generatione hominis tractaturum policeretur: cumque parum ante medium sexti libri de plurimorum generatione tractasset: superessetque tractare de genere terrestrium animalium parientium: de quo genere etiam est homo, Ideo cum praedictis: & iuxta ea quae dixerat se: de homine nouissime tractaturum: in hoc loco dicit plura tractasse de ouificantibus tam terrestribus quam uolucris quam etiam aquatilibus, superesse autem de parientibus animalium & de homine deserere. Si enim generationem hominis in ultimis: scilicet nono aut decimo tractaturus esset: profecto in hoc sexto libro talia minime dixisset: quia merito hominis generatio in septimo: post alia terrestria animalium parientia in fine sexti tractata: docenda fuit, in octauo autem de uita & morte & his cognatis simul cum langore & sanitate: quae generationem sequuntur. Nonus de moribus & aliis quibusdam. Et si fragmenta post hominis generationem addere uolueris: tunc septimus & octauus erunt de hominis generatione. Nonus de uita, Decimus pro plura parte de moribus secundum uerum ordinem. Quare cum superius de uita scriptum est in octauo me dixisse inuenieris: si forte fragmenta illa addere uolueris: tunc nonum octauum loco me uoluisse scias, Si uero hominis generatio est cum dictis fragmentis iuxta alias interpretationes locum tenuisse ultimum uolueris: quis abire concessum sit ea tunc quae de uita: in septimo quaeres libro: in octauo mores cum aliis nonnullis, hominis autem generationem in nono, ac decimo reperies uolumine, Quare si liber de historiis decem habuerit uolumina: totus physicae doctrinae Aristotelis uoluminum numerus quinquagenarius inuenietur, aliter quadraginta & nouem patefient uolumina.

## LIBER PRIMVS

Si quis autem de superioribus aliquem libris aliter partiri uoluerit: dummodo prefatum ordinem non mutauerit: cum eo nulla est a me habenda contentio. ordinem enim potissime in hoc meo curauimus opusculo. Et haec. post disputatum ordinem ac numerum librorum ac uoluminum physicae doctrinae Aristotelis de numeri certi ac specificati collectione copiosius satis sunt dicta. Nunc de principalioribus dictorum librorum epilogis: quibus & ordo & numerus librorum collectus est dicendum esse uidebitur. quibus expeditis secundi uoluminis in quo de erroribus quorundam disputandum est tractationi dabitur locus.

Compendium modorum & locorum quibus expedita in praefatis libris colliguntur. & tractanda proponuntur. pro sufficienti numero & ordine inueniēdo partium ac librorum doctrinae physicae Aristotelis. Caput. XX.

